

DE
MORBIS GRAVIDARUM
ET
DE DIFFICULTATE PARTUS
THÉSES,

QUAS AD PUBLICE PROPUGNANDAS,
IPSIS IDIBUS DECEMBRIS ANNO MDCCCLI

EDIDIT
IN MEDICINA DOCTOR

Antonius Pancratius a Lima Vasconcellos;


SERGIPENSIS



BAHIÆ
EX EPIPHANII PEDROSA TYPIS
IN CENTURIONUM VIA
MDCCCLI.

BAHIENSIS

MEDICINÆ FACULTAS.



DOMINI DOCTORES.

JOANNES FRANCISCUS AB ALMEIDA, RECTOR.

PROFESSORES PROPRIETARII.

1. Anno.

Em. M. Rebouças.....	{	Botanices Medicæ, et Zoologiæ elemen-
		torum.
V. F. a Magalhães.....		Physices Medicæ.

2. Anno.

E. F. França.....	{	Chimices Medicæ, et Mineralogiæ elemen-
		torum.
J. Abbott.....		Generalis et specialis Anatomices.

3. Anno.

J. Abbott.....	Generalis et specialis Anatomices.
J. e S. Gomes.....	Physiologiæ.

4. Anno.

J. V. a F. A. et Ataliba.....	{	Pathologiæ internæ.
Em. L. A. Dantas.....		Pathologiæ externæ.
J. a S. Velho, <i>Præses</i>		Pharmacutices, Materiæ Medicæ, speciatim Brasiliensis, Therapeutices et artis formulas componendi.

5. Anno.

F. M. Gesteira.....	{	Partuum, morborum mulierum prægnan-
		tium effætarumque et recéns natorum.
J. H. ab Alencastre.....		Medicinæ Chirurgicæ, Anatomices Topo-
		graph. et Apparatum.

6. Anno.

J. B. ab Angelis, <i>Impugnator</i>	Hygienis, et Historiæ Medicinæ.
J. F. ab Almeida.....	Medicinæ Forensis.
J. A. ab A. Chaves.....	Clinices externæ, et Anat. Patholog. ad illam per-
	tinentis 2.º 3.º 4.º 5.º et 6.º annis adjuncta-
	rum.
A. P. Cabral, <i>Impugnator</i>	Clinices internæ et Anat. Patholog. ad illam
	pertinentis. 5.º 6.º annis adjunctarum.

PROFESSORES VICARII.

M. A. a Sanctis.....	{	Sectionis Scientiarum accessoriarum.
S. F. Souto.....		
E. J. Pedrosa.....		
M. M. Sampaio.....		Sectionis Chirurgicæ.
A. J. a Queiroz, <i>Impugnator</i>		
A. J. Ozorio.....		Sectionis Medicæ.


MINISTER A SCHOLÆ SECRETIS.

P. J. a S. B. Cotigipe.




PATRI,

Silentium verbis facundius.



MATRI,

Pietatis filii pignus.



OMNIBUS,

QUI AMICITIA EXISTIMATIONEQUE ME HONORANT,


Eorundem affectuum remuneratio.

Non mei, sed Hermani Boerrhaye hi sunt aphorismi, quos Facultati Medicinæ Ba-
hiensi exhibeo.

Tanquam si mea essent, ea suscepi verba publicè ad propugnanda.

PARS PRIMA.

DE MORBIS GRAVIDARUM, APHORISMI.



I.

POSTQUAM gravida est femina, plurimis afficitur malis ex solâ gravitate oriundis.

II.

Quorum nonnulla oriuntur ex sanguine menstruo secerni impedito ob clausum uterum, et fetû tamen non potente hactenus in sui incrementum eum absumere.

III.

Alia ex ipsâ mole, motuque fetûs, atque secundinarum, et aquarum, vim exercentium in partes hæc sensiles admodum.

IV.

A Priori (2.º) videtur pendere nausea, vomitus, prostratus appetitus, vel idem depravatus plané, animi deliquia, vertigines, dolores summi stomachi, pectinis, inguinum, renum, mammarum, torpor, gravitas, dyspnæa, abortus.

V.

Quæ proindé pendentia ab unâ causâ eodem remedio, sanguinis—missione, tolli solent.

VI.

In quâ tamen instituendâ, locus, tempus, copiaque, maxime advertenda.

VII.

Tum victus tenuis, motus ordinatus, potus levis, admodum prosunt.

VIII.

Interim cardiaca aromatica, uná cum lenissimis anti-hystericis, vel et blandis subacidis, summi usûs sunt; et efficaciae.

IX.

Ab incremento fetûs, oriri videntur eadem feré , quæ enumerata, (4.^a) tum difficultas urinæ , et alvi, hemorrhoides, varices, instatio pedum, uterinorumque labiorum, lapsus proclivis.

X.

Quibus quidem auxilium ferri potest aliquando remedio (5.^a), vel et situ corporis pro tempore mutato, tum etiam fasciis, similibusque, atque tandem linimentis lenibus.

XI.

Inter periculosissimos veró gravidarum morbos habetur fluor uterini sanguinis.

XII.

Qui feré ex eo , quód placenta ab utero soluta , et arteriis plenis sanguine distendente , uteroque distento , sæpe pleno rivo arteriosus cruor emanet.

XIII.

Cognoscitur ex orificio uteri laxato, sanguinis fluxu magno, citato, admodum debilitante, vivo, vel grumoso, dolente.

XIV.

Causa hujus, affectus animi vehementes, motus corporis nimii, hysterica, et emmenagoga, male applicata, percussio inferioris partis abdominis.

XV.

Remedia, quies animi, corporisque, aër frigidus modicé, venæ sectio, adstringentia, opiata.

XVI.

Si his nihil proficitur, infans methodo optimâ pro situ ejus mutató, illicó educendus, uterusque ab fetu, placentâ, grumoso cruore, integré liberandus erit.

XVII.

Neque refert, quonam gestationis tempore id acciderit, cûm melius sit perire , vel aliter periturum fetum , salvâ matre , quàm perire certó utrosque.

PARS ALTERA.

DE DIFFICULTATE PARTUS

APHORISMI.



I.

PARTUS difficilis fit vitio Matris, infantisve.

II.

Vitio Matris, deficientibus viribus ad expellendum, vel partibus ipsis naturalibus malé se habentibus.

III.

Si vires deficient, hæ excitandæ sunt ope uterinorum, cardiaco-
rum, sternutatoriorum.

IV.

Si uteri collum internum nimis angustum, durumve, linimentis succurrendum quantum possibile, ut lubricum emollescat, vel fotu.

V.

Si tumor hic (4.º) vel in vaginâ enatus expulsionem impedit, is discutiendus, suppurandus, vel eximendus ope chirurgicâ.

VI.

Si excoritata harum partium labia coaluerint, citó, et ante partum, si fieri possit, dissecanda, et cicatrice obducenda sunt.

VII.

Si ossium compages arctior iter impediverit, linimentis emollientibus (4.º) fomentis similibus, lenienda sunt cum manu lege artis succurrendum parturienti est.

VIII.


Infantis vitio contingit, ubi ille immobilis, mortuus, vel ita situs, ut ipse sibi claudat portam.



PROPOSITIONES

EX CATHEDRIS

HUJUS MEDICINÆ FACULTATIS.



DE PHYSICE.

Racionaliter creditur, ex progressionē physicæ, demonstrari posse aliquando, esse unam eandemque rem, lucem, caloricum, electricitatem et magnetismum; et id ob summam similitudinem, quæ ab ipsa inter eas potentias notata est usque.

DE RE HERBARIA.

Dissimilitudo inter hastarum consistentiam pendet, primo, a proportione textorum eas componentium; secundo, ab eorum uniformi vel multiplici structurâ.

DE CHIMICE.

Quæque sit origo et intensitas vis, quæ affinitas chimica nominatur, ea nunquam erit absoluta.

DE ANATOME.

Non est anatome unius organi hominis, quod optime prodest ad ejusdem organi functiones cognoscendas.

DE PHYSIOLOGIA.

Non, nisi accuratissime studeatur affectuum physiologia, inveniri poterit quibusdam nevrosibus solatium.

DE THERAPEUTICE.

In cordis palpitationibus ab hypertrophîâ ortis, maxime omnium, si sanguinis detractio excipiatur, digitalis prodest.

DE PATHOLOGIA INTERNA.

Ex eó quód intensitas causæ efficientis morbi cognoscatur, non inferri potest, quæ sit morbi ipsius intensitas

DE PATHOLOGIA EXTERNA.

Gravitas vulnerum ab ignario pendet, servatis servandis, a natu-

râ, formâ, distantîa, et directione projectilis, momentoque organorum, et partium adjacentium.

DE ARTE OBSTETRICIA.

Non extrahenda placenta, expulso naturaliter fetu, nisi appareat imminens periculum.

DE MEDICINA CHIRURGICA.

In fracturis comminuentibus, cum textorum mollium tensione, et simul cum disjunctione fragmentorum ossis, et cum percussionibus vasorum aut nervorum principalium, absolutè necessaria, et quamprimum, est amputatio.

DE MEDICINA FORENSI.

Per commotionem cerebri, et congestionem explicatur, plerumque, satius mors eorum, qui in prælio inveniuntur, nulla læsione externa.

DE HYGIENE.

Plurimum interest ad curationem cognoscere mutationes, quas in corporis constructione gignit ætas.

DE CLINICE INTERNA.

Impossibile est decernere, omninò plane, sedem effusionis in axe cerebro-spinhali: censemus ergo non indicari debere tunc cerebræ operationem.

DE CLINICE EXTERNA.

Fracturas calvariæ plerumque sequitur hepatis affectio.

DE PHILOSOPHIA MEDICA.

Valde probabile ardentes periodos ante-deluvianas, excitasse quodammodo ingentium animalium apparitionem, quorum nunc vix vestigia supersunt.

Magna similitudo perspicitur inter progressus intelligentiæ, et terræ metamorphoses.



HIPPOCRATIS APHORISMI.

I.

Si mulieri in utero gerenti purgationes prodeant, fetum sanum esse impossibile.

II.

Mulieri sanguinis evomenti, menstruis erumpentibus, solutio fit.

III.

Mulieri, menstruis deficientibus, e naribus sanguinem fluere, bonum.

IV.

In morbis acutis, extremarum partium frigus, malum

V.

Cum morbus in vigore fuerit, tunc vel tenuissimo victu uti necesse est.

VI.

Ubi fames, non oportet laborare.

Remetida ao Sr. Dr. Velho. Bahia 5 de Dezembro de 1851.

Almeida.

Está conforme aos Estatutos. Bahia 6 de Dezembro de 1851.

Dr. Velho.

Imprima-se. Bahia 6 de Dezembro de 1851.

Almeida.